Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



tate. audit uocem meam. Dicit ei pylatus. Quid
est ueritas. Et cum hoc dixisset. iterum exiuit
ad iudeos. et dicit eis. Ego nulla inuenio in
eo causam. Est autem consuetudo uobis. ut u
num dimittam uobis in pascha. Vultis igitur di
mittam uobis regem iudeorum. Clamauerunt
rursum omnes dicentes. Non hunc. sed barra
bam. Erat autem barrabas latro. Tunc igitur apprehen
dit pylatus iesum. et flagellauit. Et milites
plectentes coronam de spinis imposuerunt
capiti eius. et ueste purpurea circumdederunt
eum. et ueniebant ad eum. et dicebant. Aue. rex
iudeorum. Et dabant ei alapas. Exiuit iterum
pylatus foras. et dicit eis. Ecce adduco eum
uobis foras. ut cognoscatis quia in eo nulla
causam inuenio. Exiuit igitur ihc. portans spine
am coronam. et purpureum uestimentum. Et dicit
eis. Ecce homo. Cum igitur uidissent eum pontifi
ces et ministri. clamauerunt dicentes. Crucifi
ge. crucifige eum. Dicit eis pylatus. Acci
pite eum uos. et crucifigite. Ego enim non inuenio in